

aptum esse in multis, & ideo natura Solis, quamvis de facto in uno tantum sit, quia tamen intelligitur in universali, potest in pluribus esse: sed, ut plerique Thomistarum in Logicis admittunt, natura specifica Angeli intelligi potest universalis: ergo &c.

Respondeo primo, ad summum hac instantia concludi, non repugnare, quod per absolutam Dei potentiam dari possint in eadem specie plures Angeli (de quo §. sequenti agemus) non vero, quod de facto dentur, ut hic Scotus contendit; si- cut nec evincitur de facto dari plures Soles, esse dari non repugnet.

Respondeo secundo, disting. maj. omnis natura, que ad- que sumpta potest numero multiplicari, conc. maj. que solum inadequate concepta &c. potest &c. neg. maj. Natura speci- fica Angeli, & potest considerari adquate, ut dicit tam prin- cipia specifica, quam individuantia, & sic non potest concep- ti universaliter. Potest insuper considerari inadquate, ut dicit tantum principia specifica prescindendo a concernentibus esse individua, & sic cum non appareat ex hoc capite repugnantia ad plura, potest concep- ti cum indifferentia, & universalis, non quidem secundum rem, sed secundum rationem tantum; sed de his ad Logicos. Qua doctrina preveniunt omnes in- stantias, quas subiungit Fratell.

XXXIV. Obijciunt secundo. Animæ rationales etiam sepa- rate, de facto numero multiplicentur: dantur etiam duo nu- mero lumina gloriæ, duæ visiones numero, et si spirituales sunt: cur ergo non itidem duo Angeli?

Si respondeas, hæc numero multiplicari ex ordine ad diver- sa subiecta, quod in Angelo, qui forma subsistens est, non verificatur.

Contra est primo. Si possibile esset tantum unia anima, haberet habitudinem ad corpus, nec tamen esset ab alia nu- mero distincta. Secundo, inclinatio ad corpus est aliquid consequens substantiam animæ; ergo supponit animam jam in- dividuam, & numero ab alia distinctam. Tertio. Si ani- mæ sunt numero distinctæ, quia possunt informare diversa corpora, etiam distinguuntur plures numero Angeli, quia possunt movere diversa corpora, & esse in pluribus locis.

XXXV. Respondeo, optimam esse datam solutionem, quam non operatur altæ instantie. Non quidem prima, nam si una tantum numero anima esset possibilis, hoc esset, quia non posset conjungi nisi uni numero corpori: & ideo impossibilis esset altera, a qua numero distingueretur. Non secunda: ordo enim ad corpus in anima essentialiter forma incompleta essentialis est, & sicut nequit concep- ti anima in specie constitu- ta sine ordine ad aliquod corpus; ita nec potest concep- ti hæc anima, sine ordine ad hoc corpus. Non tertia: quia Angelo utpote forme per se subsistenti, & complete, omnis ordo ad corpus, ad locum, & quodcumque aliud accidentalis est, & extraneus.

XXXVI. Obijciunt tertio. Inter Angelos est amicitia, & societas: sed societas, & amicitia requirit similitudinem in na- tura specifica: unde D. Th. 2. 2. q. 31. art. 2. ad 1. dicit, quod inter Angelos, & anima bene semper sua cum Deo: tamen si non esset pluralitas Essentiarum in divinis, sequeretur, quod Deus esset solus, vel solitarius. Non enim videtur solitudo per necessitatem aliquam, quod est extranea natura. Dicitur enim aliqui: solus esse in bono, quamvis sint ibi multe anime & ani- malia; ergo si Angeli non essent ejusdem speciei infimæ, non esset inter illos societas, neque amicitia: Nam Ecclesiastici 13. v. 19. & 20. dicitur: Omnis animal diligat simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjun- getur, & omnis homo similis sibi sociabitur.

XXXVII. Respondeo primo, instantia argumentum. Nam juxta Scotistas, esto non omnes, aliqui tamen Angeli dari- rentur specie: & tamen, puto, non negabunt, inter istos dari societatem, & amicitiam.

Respondeo secundo, negando min. nam inter Deum, & justos datur amicitia. Quare Christus vocat Apostolos amicos, Joann. 15. v. 13. Vos amici mei estis. Et v. 15. rationem reddens, Vos autem, (inquit) dixi amicos, quia omnia, que audivi a Patre meo nota faci vobis. Cum ergo Angeli invicem communicent, & superiores, que a Deo audiunt, nota faci- ant inferioribus, eos illuminando, et si specie infima diffe- rant, dabitur inter eos amicitia. Dabitur etiam Societas. Nam 1. Joan. 1. v. 3. dicitur: Societas nostra sit cum Patre, & Fi- lio eius Jesu Christo. Si ergo datur amicitia, & societas inter homines & Deum, inter quos neque est convenientia in gene- re, sed solum in ordine, nempe supernaturali; multo magis dabitur inter Angelos, qui in gradu intellectuali, & ge- nere conveniunt, esto non in specie infima. Er. sane, si inter animas beatas, & Angelos, quamvis illæ specie ab istis diffe- rant (ut docet Div. Thom. 1. par. quest. 55. art. 7.) socie- tas, & amicitia datur, cur inter Angelos invicem, et si specie differant negabitur?

Ratio ergo est, ait D. Th. q. un. de Spirit. creat. art. 8. ad 5. quod cum dilectio, & amicitia sequatur cognitionem boni; tanto perfectior erit dilectio, & amicitia, quanto bonum, quod cognoscitur, & in quo amando convenitur, erit altius; & universalis: cum ergo Angeli omnes propriam dilectionem referant, non ad privatum, sed commune bonum (concludit D. Th.) magis diligunt se invicem, si specie differunt, quod magis pertinet ad perfectionem Universi, quam si in specie con- veniant, quod pertinet ad bonum privatum unius speciei.

XXXVIII. Respondeo tertio, ad id præcipue, quod dicitur de societate, dist. min. Societas naturalis, omisso, min. Mo- ralis, & civilis, nego min. Societas naturalis, ut sit perfe- cta, requirit convenientiam in natura secundum speciem ato-

nam. Et hæc ratio bene dicit S. Th. allatus ab Arguente, quod societas non esset, sed solitudo in Deo, si non essent plures Personæ divinæ, habentes eandem naturam. Ad socie- tatem moralem, que fundatur in communicatione operationum ad eandem finem, bene salvatur etiam inter ea, que naturaliter specie atoma differunt. Cum ergo Angeli, et si natura specie differant, omnes tamen conveniant in eodem intellectuali gradu; omnesque insuper in ordine ad eandem finem beati- tudinis communicent, datur locus perfectæ inter eos politiz, societati, & etiam amicitiz.

XXXIX. Obijciunt quarto. Si omnes Angeli essent diversa speciei, peccantibus, & percipientibus multis ex illis; multæ Angelorum speciei totæ perirent: atqui si hoc esset, non pa- teretur providentia Dei, ut in statu perditionis perpetuo ma- nerent; sed eas aliquando liberaret. Ideo enim hominem Deus liberavit, quia in homine, Adamo peccante, tota natura hu- mana perierat. Ita S. August. in Enchir. cap. 10.

XL. Respondeo primo, negando min. Neque S. Augustinus dicit, quod tota speciei hominum perierat, adeoque decuit eam ex parte liberari; non autem tota speciei aliqua Ange- lorum non perit, ideoque non oportuit eam reparari: sed dicit, peccante Adamo tota hominum multitudo perierat; non autem peccante Luciferi perit tota multitudo Angelo- rum, quod verum est, et si Angeli invicem specie differant. En verba S. Doctoris: *Planctus itaque universitatis Creatoris, neque Modestissimi Dei, ut quantum non tota multitudo Angelo- rum Deum deservendo perierat, ea qua perierat in perpetuo perirent, de sua misericordia magna semper futura felicitate (scilicet) quantum peccante, neque supplicis, & originalitatis, & proprii tota perierat, ex ejus parte reparata, quod angelica societati ruina illa diabolica minuerat, suppleretur (alias suppleret).*

XLII. Respondeo secundo cum D. Thoma quest. un. de Spirit. creat. art. 8. ad 1. quod Augustinus loquitur ibi de natura angelica & humana, non secundum quod considerantur in esse naturali, sed secundum quod ordinantur ad beatitudinem. Sic enim aliqui in natura angelica, & humana perierunt. Quantum autem ad ordinem beatitudinis: natura humana videtur contra totam naturam angelicam: quia tota natura angeli- ca uno modo nata est pervenire in beatitudinem, vel ab eis de- scendere irreparabiliter, scilicet statim ad primam electionem: na- tura vero humana per se recurrit temporis. Et ideo loquitur ibi Augustinus de omnibus Angelis sicut de una natura, propter unum modum ordinis ad beatitudinem, licet differant secundum speciem nature. Hæc D. Thom.

XLIII. Respondeo tertio, quod si comparatio rigorosa fieret ab Augustino inter homines, & Angelos, sequeretur primo, quod sicut omnes homines ejusdem nature speciei atoma sunt; & sic & omnes Angeli; cum tamen Scotus aliquos Ange- los specie distinguit admittant. Secundo, quod ex speciebus Angelorum, quæ perierunt non omnia illarum specierum in- dividua perierunt, quod unde probatur?

XLIII. Obijciunt quinto. Fallum est, omnia corpora Cæles- tium specie distingui maxime Stellæ; hæc enim solum differunt in claritate, que accidens est; Stella enim a stella differit in claritate 2. Corin. 15. v. 41. Rursus non videtur differre specie a Cælo, cui affixæ sunt. Præterea sicut hæc inferiora ornata sunt plantis, & animalibus: Ita Empireum ornatum est Angelis, sed in plantis, & animalibus multa inveniuntur ejusdem speciei; ergo & in Angelis.

XLIV. Respondeo, neg. assumptum. Omnes enim Stellæ di- versæ specie sunt. Dum autem dicitur, quod differant in cla- ritate, seu luce, non significatur differentia substantialis earum: lux enim non est forma substantialis, cum sit qualitas per se sensibilis; quod de nulla forma substantiali dici potest. Et præ- terea non est ejusdem rationis lux in omnibus: quod patet ex hoc, quod diversorum corporum superiorum radii diversæ habent effectus. Ita D. Th. q. un. de Spirit. creat. art. 8. citato ad 11.

Ad secundam dico, quod Stellæ vel sunt continuæ cum Cælo, cui affixæ sunt; vel solum contingunt. Si sunt continuæ, velut partes densiores illius, sic non constituentur individuum, nec numero adquate a Cælo distinctum; sed sunt facti di- versæ partes integrantes Cæli: sunt diversæ partes humani corporis unum individuum hominis constituentur. Si vero sint solum contingunt cum Cælo, tunc sive a Cælo, cui affixæ sunt, sive inter se specie differunt.

Ad tertiam dicit D. Thom. ad 2. loco relato: *Quod orna- menta terræ, & aquæ, quia corruptibilia sunt, requirunt mul- titudinem in eadem specie; Angeli autem, qui sunt ornamentum Empirei, incorruptibiles sunt, & ideo, cum Cælestes Orbis, in eadem specie multitudinem non requirunt.*

§. III.

De saltem divina potentia fieri posse, ut plures Angeli sint in eadem specie atoma?

XLV. A B hac questione libentius abstinuissim, & quia nul- lius, vel parvæ utilitatis & quia quid certo statui possit, investigata D. Thomæ mente, non satis apparet. Ut tamen de hac questione facta apud aliquos celeberrima Can- didatum meum aliquatenus instructum dimittam, novent, an- tiquos Thomistas, ut Capreolum, Ferrarisensem &c. 2. Contra- gent. cap. 93. Bannez, Zamel, Sylvium, & alios affirmativam sententiam tueri; Recentiores vero negativæ summa etiam con- tentione adherere. Porro, quod dicendum existimem sequenti asserto declarabo.

XLVI. Dico. An divina potentia possint intra eandem speciem atoma Angeli multiplicari, nec ne, problema est in Schola Div. Thom. pro utraque parte disputabile; nec ideo opinio affirmans est improbabilis.

Probo primam partem. Illud censeri debet problema in Scho- la Div. Thomæ pro utraque parte disputabile, pro quo in ut- ramque partem Doctrina Sancti Magistri trahi absque violentia potest: sed hoc contingit in materia prædicta; ergo &c.

XLVII. Pro parte negativa min. probem. Angelos enim nulla potentia multiplicari posse intra eandem speciem videtur evin- cere ratio principalis Div. Thomæ, quia scilicet caret matè- ria, quæ est unicuique numerica multiplicationis principium; & quia insuper, cum sint forme per se subsistentes, nullum di- cendum ordinem ad subiectum, seu materiam, non possunt in- tra eandem speciem diversimode participari: omnis enim participatio alioquin diversimode intra eandem speciem, vel- clem, ex eo procedit, quod diversimode participetur; vel saltem potest diversimode participari in subiecto. Unde quest. un. de Spirit. creat. art. 8. si autem (inquit) Angelus est forma simplex abstracta a materia, impossibile est eum frangere, quod sine plures Angeli ejusdem speciei, quia quicumque forma, quan- tumcumque materialis, & insimul, si ponatur abstracta, vel se- cundum esse, vel secundum intellectum non remaneat nisi una in specie una. Si enim intelligatur albedo absque omni subiecto sub- sistens, non erit possibile ponere plures abdores, cum videamus, quod hæc albedo non differt ab alia, nisi per hoc, quod est in hoc vel illo subiecto; & similiter si esse humanitas abstracta, non esset, nisi una natura. Illa autem verba impossibile est etiam frangere, quod sine plures Angeli ejusdem speciei quid aliud offendant, nisi repugnantiam essentialem? Sicut si dicerem impossibile est eam frangere dari plures Deos; nonne dicerem essentialiter repugnare pluralitatem Deorum?

Item 1. par. qu. 77. art. 7. idem probans, ait non enim potest intelligi, quod aliqua forma separata sit nisi una unius speciei; sicut si esset albedo separata, non posset esse nisi una natura: hæc enim albedo non differt ab alia, nisi per hoc, quod est in hoc, vel illius. Ubi observo, S. Doctorem non dicere non potest esse, sed non potest intelligi: quod idem est, ac dicere, non potest salvari conceptus formalis substantie separate, nisi concipiatur una unius speciei. Et ratio etiam fundere vide- tur. Qui enim essentialiter repugnat principium multiplicati- onis intra eandem speciem, essentialiter quoque repugnat principium multiplicationis intra eandem speciem; ergo &c. Hæc adduci possunt rationes Thomistarum pro hac opinione pu- gnantium, a quibus abstinere, cum eas apud præfatos Auto- res Studiosius possint invenire.

XLVIII. Minor vero pro parte affirmativa aperte indicari videtur ab eodem S. Doctore 1. Opusc. 16. Ibi enim Avver- rois (quos S. Thom. impugnatur) ut tuerentur suum erro- rem, nempe, quod unus esset intellectus omnium hominum, eidem principio nitentur, nempe, quod cum intellectus sit separatus ab omni materia, debet esse unus; si enim plures intellectus essent in pluribus hominibus, qui dividi- tur ad invicem numero per divisionem materiz, sequeretur, ut ex necessitate, quod intellectus esset forma materialis; & non esset separatus: unde inferbant, si ergo est separatus, & non est forma materialis, nullo modo multiplicetur, nisi secundum multiplicationem corporum. *Hæc autem ratio (inquit Div. Thom.) tantum inveniuntur, quod di- catur, quod unus non potest facere plures intellectus unius spe- cie in diversis hominibus. Dicitur enim, quod hoc implicat con- tradictionem; quia habere materiam ut numeraliter multiplicetur, est aliud a natura forme separate.*

XLIX. Quid ergo respondet D. Thomæ? Admittit, quod si intellectus esset separatus, esset unus numero, nec posset multiplicari; & totus est in ostendendo, intellectum esse vic- tum animæ; & ideo animabus multiplicatis, & intellectus multiplicari. Negat tamen, quod si intellectus esset separatus, & unus omnium, non posset divina potentia multiplicari, per verba sequentia bene notanda. Valde autem ruidet argumen- tandum ad ostendendum, quod Deus facere non possit, quod sint multi intellectus ejusdem speciei, credentes hoc includere contra- dictionem. Dato enim, quod non esset de natura intellectus, quod multiplicaretur, non propter hoc oportet, quod intellectum multiplicari includeret contradictionem. Nihil enim prohibet, al- quid non habere in sua natura causam alioquin, quod tamen habet illud ex alia causa: sicut gravis habet ex sua natura, quod non sit sursum; tamen gravis esse sursum non includit contradictionem, sed gravis esse sursum secundum suam naturam contradictionem includeret. Sic ergo intellectus si naturaliter esset unus omnium, quia non haberet naturalem causam multi- plicationis; posset tamen formis multiplicationem ex superna- tali causa, nec esset implicatio contradictionis. Quod non tan- tum dicitur propter propostionem, sed magis, ut hac argumentan- di forma ad alia extendatur. Sic enim posset concludere; quod Deus non posset facere, quod merui referant, & quod taci ad usum referantur. Hæc Divus Thomas.

L. Ex quibus apparet secunda pars asserti, nempe non esse improbabile, stando in doctrina D. Thomæ, Dei potentia fieri posse, quod Angeli, et si substantie separate, & proinde non habentes naturalem principium fuz multiplicationis intra eandem speciem, possint tamen a Deo supernaturali cau- sa multiplicari; sicut multiplicari posset intellectus separatus, quia nihil prohibet, aliquid non habere in sua natura causam alioquin, quod tamen habet ex alia causa. Quod licet Angelus ex sua natura habeat, quod non multiplicetur, tamen Ange- lorum

lum multiplicari non includit contradictionem. Quod est An- gelum multiplicari secundum suam naturam includeret contra- dictionem, non tamen, cum sortiri multiplicationem ex supernaturali causa. Quod est in mortuo non fit principium ad reviviscendum, & in cæco ad visum reparandum; adhuc tamen, & mortui supernaturaliter resurgere possunt ad vitam, & cæci visum recuperare. Tandem quod hæc doctrina, nedum ad propositum, de quo ibi Div. Thomas agat, esse restringendam, sed etiam ad alia debere extendi. Hæc factis probabiliter ostendunt, mentem Div. Thomæ esse Ange- los quidem naturaliter multiplicari intra eandem speciem non posse, supernaturaliter tamen posse.

LI. Qua in re observo, quod Div. Thomæ, quodcumque aliquid judicavit impossibile fieri etiam de potentia absoluta, consuevit pro ratione adducere, quod si fieret involveretur contradictio: ut cum vult nec de potentia absoluta materiam posse existere sine omni forma, dicit, quod materia esset actu, & non esse actu: cum vult, non posse fieri creaturam infinitam, dicit; quod esset facta, & non esset facta: cum vult visum corporalem non posse videre Deum in se, dicit; in 4. dist. 29. qu. 2. art. 2. quod visus esset sensus visus, & non esset. Cum ergo, dum negat, Angelos posse multiplicari nunquam ad contradictionem recurrit, licet conijcere, cum sensisse quidem, Angelos multiplicari non posse naturaliter, utpote non habentes in se principium fuz multiplicationis; non tamen multiplicari non posse supernaturaliter.

LII. Dices, S. Thomam sufficienter indicasse contradic- tionem, si Angeli multiplicarentur, dum quod de Spirit. creat. art. 8. ait impossibile est etiam frangere, quod sine plures Angeli ejusdem speciei. Et cum 1. par. qu. 75. art. 7. dicit: quod non potest intelligi, quod aliqua forma separata sit, nisi una unius speciei.

Probabiliter quidem, sed non evidenter. Nam potest res- ponderi, Div. Thomæ dicere esse impossibile etiam frangere, nec posse concep- ti plures Angelos ejusdem speciei; substantiam modo paratam, que non fit unus speciei, attento naturali modo multiplicationis numerico, qui est per materiam, vel ordinem ad illam; quo, cum Angeli carent, & substantie separate, certe non potest fingi, nec concep- ti, quod flante carentia, natu- raliter multiplicentur: non vero dicere, non posse fingi; aut concep- ti, quod possit multiplicari a causa supernaturali, modo diverse nobis ignoto. Cur enim ficte substantia Angelica Individuatur de facto sine materia, que tamen est principium individuationis in materialibus; ita non possit individualiter multiplicari potentia Dei sic supra naturam disponente, quam- vis crearet materia, que est multiplicationis principium? Cur sicut in eadem specie diversa datur recipienditas, non poterit dari etiam in eadem specie diversa individualis irreceptibilitas, si de facto datur irreceptibilis specie diversa? Cur non poterit Deus eadem prædicata speciei Angeli, puta Gabrie- lis, cum majori, vel minori perfectione substantiali intra eandem speciem in pluribus individuis collocare? Certe ex Div. Thomæ hæc duo contradictoria non sunt: Angelus ex sua natura habet, quod non possit multiplicari; & Angelus ex po- tentia divina habet, quod possit multiplicari: Nihil enim pro- hibet, aliquid non habere in sua natura causam alioquin, quod tamen habet illud ex alia causa. Contradictionem quidem in- cluderet, quod Angelus esset immultiplicabilis secundum suam naturam, & secundum suam naturam esset multiplicabilis.

LIII. Hoc roboratur ex eodem Div. Thomæ citato qu. un. de Spirit. creat. art. 8. ad 4. dicente: Sicut ergo hæc albedo non prohibetur habere sub se plura individua ex hoc quod est albedo, quod pertinet ad rationem speciei, sed ex hoc quod est in hoc, quod pertinet ad rationem individui; ita natura hujus Angeli non prohibetur esse in multis ex hoc quod est natura in tali ordine rerum, quod pertinet ad rationem speciei, sed ex hoc, quod non est natura recipi in aliquo subiecto, quod pertinet ad ratio- nem individui; ergo esse in pluribus individuis non est contra naturam specificam Angeli; sed Deus sua potentia facere potest quicquid non est contra prædicata specifica, & essentialia rei; ergo facere potest &c. & jure quidem. Nam sola natura divina ex sua specie est essentialiter una singularis, & immultiplicabilis; nature autem creatae solum accidentiter competere potest ex sua specie singularitas, & immultiplica- bilitas.

LIV. Sententia D. Thomæ hæc moderatione temperata exitu asperitatem, qua a multis in hac materia innotuit. Immo pro- fus liberatur a calumnia, qua quidam Scotistarum plus æquo rigidus defensor, eam asperit anno 1623. in Apologia, quam pro Scoto, & Scotistas evulgavit, asserens, D. Thomæ sen- tentiam de immultiplicabilitate Angelorum in eadem specie, etiam attendita Dei potentia, fuisse ab Academia Parisiensi proscriptam. Quia tamen, ut superius dixi, ita possibilem divi- nam potentiam angelicæ nature intra eandem speciem multi- plicationem existimo, ut a sententia eam impossibilem asserente recedere in animo mihi non sit; ideo hæc objectionem expendere, & dissipare ex debito adstringor.

LV. Dicit ergo Anonymus Scoti, & Scotistaram Apolo- gista, a Facultate Parisiensi anno 1226. sub Stephano Episco- po damnatos fuisse sequentes articulos, seu conclusiones. Prima est, quod Deus non potest multiplicare individua in una specie sine materia. Secunda, quod non potest facere plures in- telligentias ejusdem speciei, contra Fratrem Thomam. Tertia, quod substantia separata nullquam sine per substantiam, error. Quarta, quod aliquid tantum sine per operationem &c. Cum ergo omnia hæc ex Div. Thomæ ab ejus Discipulis traduntur in Scholis, patet eos tradere doctrinam a Facultate Parisiensi damnatam.



LVI. Respondeo primo, suppositam hanc condemnationem...

LVII. Nam vanum esse hoc subterfugium ostendit Sylvius...

LVIII. Respondeo ergo secundo, quod illa censura...

Tandem, etiam praesata eisdem Academiae Parisiensis revocatio...

D U B I U M III

An Angeli ex natura sua sine incorruptibilibus & immortalibus?

S. I.

Resolvitur de facto.

I. Incorruptibile est illud, quod corrupti, seu corruptioni...

II. Noto propterea, tripliciter posse dici aliquid ex natura...

IV. Dico ergo primo, Angeli sunt in perpetuum extituri...

V. Hoc idem testatus fuit Sophronius Patriarcha Jerosolymitanus...

VI. Colligitur quoque ex Concilio Lateranensi VI, sub Leon...

VII. Accedunt Patres in hac doctrina perperui. Unum est...

Post in contrarium adduci libet 1. ad Tim. 6. c. 16.

S. II.

Quomodo Angeli sint incorruptibiles.

VIII. Dico secundo, Angeli non sunt incorruptibiles, &...

desini possit, a Deo tamen, si vellet a conservando ipsum...

IX. Unde colligit S. Augustinus, epist. 56. nunc 118. ad Dioscorum...

XI. Dico tertio, si attendatur eorum principia naturalia,...

XII. Eam confirmat S. Doctor sic. Quod ex sua natura est...

XIII. Ut tamen praedicta ratio, & D. Thomae mens melius...

XIV. Observa etiam, quod ad hoc, ut aliquid conveniat...

XV. Proba secundo alia ratione eisdem S. Thomae a. Contra...

XX. Idem obijciunt ex Patribus, Augustino S. praecedente...

Verba S. Thomae loco citato sunt: Ad divinam perfectionem...

prinet, quod rebus creatis suo similitudinem induerit: nisi...

XVI. Probari potest revocando similitudinem, qua S. Cyrillus...

XVII. Neque inferas, quod sicut, si quis impediret igni combustionem...

S. III.

Respondetur ad ea quae tertiam assertionem impugnant.

XVIII. Qui putant, Angeli esse immortales non natura,...

XIX. Obijciunt secundo Epistolam Synodiem Sophronii,...

XX. Idem obijciunt ex Patribus, Augustino S. praecedente...



